



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**


4. Septembris. Pridie Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

gnandi contra hostem, absque meo consensu nihil uspiam noctiurum. Si enim tibi verberum tyrannide auxit victorias, cur ego verbis, quae sola suggestit, sterni me patiar infirmior fæminâ miles?

S. BERNARDUS, ser. de Purific.

Quod frequenter, immo & semper ad-  
monere cupio fratres meos, obsecro &  
nunc: ambulemus non secundum car-  
nem in carne, ne displaceamus Deo. Re-  
sistamus diabolo, & fugiet a nobis: ut  
liberè jam ambulemus in spiritu, &  
in cœlis sit conversatio nostra.



4. Septembris. Pridie Nonas.

B. SIMON, olim Abbas Caziaci, sub  
amicitu nigro; ac tandem in cucul-  
la candida Clarævallis alumne. Cujus  
ut te civem esse juberet Mellifluus Ab-  
bas, multis precibus frustra rogaveras  
a superstite: yaticinio interim illius su-  
stentatus, quo tibi fuerat pollicitus, te  
sub tecum Clarævallensibus extremum  
mortalis exilii certamen subiturum.  
Mox ergo ut ille cœlites auxit, abjecta  
honoris sarcinâ, ad Claramvallem ac-  
curristi. Nec te a continuo perducen-  
dæ ad altiores gradus sanctimoniaz la-  
bore

216 ANNI CISTERCIENS.

bore debiles per ætatem vires retardabant, quin ubique venerabilem te predicaret sanctæ æmulationis fervor, in juvenibus aliàs sua dignus admiratio-

*Ange-* ne. Septennio inter terrestres illos An-  
*lico* cō- gelos moratus es: quo tempore etiam  
*sortie* cœlestes non raro ad te colloquii fami-  
*gaudet*. liaris gratiâ descendebant: qui deniq; inter jucundissimos cantus dignam lu-  
o confortio animam secum ad sedes  
æternum felices rapuere. Utinam ego  
*Can-* fuliginosos habius animi, firmatas pessi-  
dor cō- ma actuum frequentatione consuetudines,  
sciētiz. opposito virtutum colore mutarem! Fru-  
stræ enim consortium Angelorum sperabo  
ex vestimenti colore, nisi candor animi te-  
stetur, me esse cœli Candidatum.


*Obiē* B. FRIDERICUS, Episcopus Eister-  
*anno* tensis: qui ad Iedem illam à Joanne  
1346. XXII Pontifice Summo assumptus es,  
cùm te illi & generis & virtutum no-  
bilitas commendassent. Praeras antè  
Waldsassensi & Eberbacensi cœnobio:  
& quia inter filios morari non licet  
vivo, mortuum te illis reddidisti; ap-  
positus illustrissimis Majorum cineri-  
bus, Comitum Leuchtenbergensium.  
Ex regendi industria tu gloriam in terris,  
& in cœlo gloriam assecurus es; doce me  
ita regere animam meam, ut huic regno  
succedat regnum cœlestis.

S. BER.

V. SEPTEMBERIS. 217

S. BERNARDUS, serm. 3. de Adv.

Habes sub te, cui custodiam & disci- Custo-  
plinam oportet exhibere, corpus tuum, dia cor-  
poris.  
quod sine dubio regendum accepit spi-  
ritus tuus. Debes ei custodiam, ut  
non regnet in eo peccatum: debes &  
disciplinam, ut dignos faciat pœniten-  
tia fructus.



5. Septembris. Nonis.

B. WALTER E Abbas Dunensis, & Obiit  
paupertatis & pauperum singularis anno  
amator: hos sanè supra te tibi charos 118 p.  
fuisse testatus es, quando seminudum  
mendicum propria veste, cùm aliud in  
promptu nihil esset, contexisti: in ta-  
les omnem mundi substantiam, si li-  
cuisset, effusurus. Quem miserationis Paul-  
affectionum cùm pro voto, vetante ino- peres  
pia, explere non posses; atque alias so foyes  
litariæ pietatis desiderium te sollicita-  
ret ad secessus delicias, curam pastora-  
lem dimisisti, sed statim per mortem  
successoris repetendam. Rediit simul  
cum regimine de filiis & egenis, sed ac-  
cessione fortunarum jam paulò felici-  
or charitas; donec te cœlum illis, ma-  
ximo utrorumque luctu, eripuit. Gra-

K k tissima